

Band X., Nr. 4690, Seite 363

Ritter Ortolf von Hasenweiler beurkundet den Verkauf zweier Güter in Lengenweiler.

Ohne Ortsangabe, 1295. Juni 15.

Omnibus huius scripti auditoribus Ortolfus miles de Hasenwieler nominatus proponendorum notitiam. Considerans humane condicionis pronitatem et quam facile negotium inalterabiliter memorie infusum ab ea relabitur, volui fidem indubitatum meis gestis inpressam esse. Fateor igitur universitati presentes audientium, quod curiam meam in Lengenwieler sitam quamvis cultam a dicto Selhofen iure proprietatis usus ac totius commoditatis michi pertinentem iusto et rationabili emptionis titulo Hainrico Friderico et Cunrado filliis quondam Cunradi dicti Mistfürer in Uberlingen pro viginti sex libris denariorum Constantiensium dedi ad emendum cum pascuis et virgultis cum aquis et earum decursibus cum viis et inviis cum ingressibus et exitibus cum agris et pratis ac eorum vallibus et fossatis. Fateor prehabitorum iam omnium pacto et condicione accedente me monasterio Wingartensi quoddam allodium superius dicte curie contiguum usualiter dictum sueboze quod Hürter coluit, pro IX et dimidia libris eorundem denariorum vendidisse ep hanc curiam et illud scobum super altare sancti Martini in Wingarten sollemniteij resignasse et me et meos heredes ad firmandam dictorum iurisdictionem perpetuos warrandos obligavi. Ipsum pretium pretaxatum utriusque boni michi solutum et in usum meum versum recognovi. Hiis autem ut omnes insidiose calumpnie caveantur presenti scripto meum sigillum duxi apponendum. In altera parte huius cedule testes sunt notandi.¹

Datum anno domini millesimo CCLXXXV., in festo sancti Viti, indictione VIII.

Textabdruck folgt dem Original.

 Beschädigtes Siegel, s. WUB, Bd. VIII, S. 456, Nr. 3345.

¹Diese Zeugenliste ist nicht vorhanden.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 515 U 787

Überlieferung und Textkritik:

Original. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomat
tar HStA Stuttgart H 14 Nr. 256, S. 3b.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Hasenweiler : Horgenzell RV
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)

Lengenweiler Wohnplatz (20579)
 Lengenweiler, Wilhelmsdorf, RV

Weingarten Wohnplatz (20565)
 Weingarten, RV
 Überlingen
Wohnplatz (18447)
 Überlingen, FN